

tuum concoctioni destinatorum ad men- Omnis
 tis arcem raptu contingit , cui incom- negotio-
 modo , tum quoque non ægrè congre- sa actio
 ditur crudi alimenti evaporatio. Cur capiti in-
 item vociferatio à cibo officiat in firmo
 promptu causa est. Nam agitatis præ inutilis,
 cordiis concoctio ventriculi , quæ sum- idque à
 mum optat quietem labefactatur, unde cibo po-
 statim ipsum caput vaporibus lacefitur.
 At vomitus nocet , tum propter capi- Vomitus
 tis agitationem , tum sympathia cau- debile
 sa quæ huic cum ventriculo gran- caput of-
 dium nervorum interventu , longè ma- fendit.
 xima est.

C A . P U T V.

*De his , qui lippitudine ,
 gravedine , destillatione , ton-
 sillisque laborant.*

NEQUE verò his solis quos
 capitibus imbecillitas tor-
 quet , usus aquæ frigidæ pro-
 dest , sed iis etiam , quos assi-
 duæ lippitudines , gravedines ,

destillationes tonsillæque male habent. His autem non caput tantum quotidie perfundendum est, sed os quoque multa frigida aqua fovendum est, præcipueque omnibus quibus hoc utile auxilium est, eo utendum est, ubi gravius cœlum Austri reddiderunt. Cumque omnibus inutilis sit post cibum, aut contentio, aut cogitatio animi, tum his præcipue, qui vel capitis vel arteriæ dolores habere consueverunt, vel quolibet alios oris affectus. Varii etiam gravedines destillationesque possunt, si quam minime eum qui his opportunus est, aërem vel loca aquasque mutet, si caput in se protegit, ne incendatur, neve subi-

tum ex repento nubilo fri-
gus id moveat, si post concoc-
tionem jejunus caput radit, si
post cibum neque legit, ne-
que scribit.

Lippitudo Græcis οφθαλμία dicta, in Lippitudo
flammatio est tunicæ oculorum adnatæ, ab influxu multi sanguinis vel humo-
rum acrion, flatulentorumve excitata. οφθαλμία.
Destillatio Græcè κατάρρεια seu καταστά- Destilla-
με appellata, fit, ubi humor fauces tio.
ac palatum impetit. Tametsi vulgo Κανθάριον
cuivis rheumati commune sit catharri p̄. nomen, ubi si extima membra, si af-
peram arteriam ac pulmones invadat,
ex illo enim motionis torpor ac para-
lysis, ex hoc & raucitas (Græce Βρογχία)
& tussis exulceratoque subinde Rucitas
pulmone tabes fiunt. Tonilliæ autem Bρογχία-
tumores τυπισθεῖα ἀναδεικνύεται vocantur,
suntque inflammations glandium, quæ Tonilliæ
in fine oris utrinque linguae adjacent,
factæ ab alicujus à cerebro materiae de-
fluentis incursu. At gravedo (non mul-
tum distans à destillatione malum)
Græcè νόεντζα appellata, fit, quando Gravedo
crudus humor in nares destillat. Qui νόεντζα.
ad hæc fluxionum vitia proclives sunt,

**Capiti
dētillata-
tionibus
obnoxio
infusa
frigida
utilis.**

**Per capi-
tis imbe-
cillita-
tem fo-
vendum
os aqua
frigida.**

**Hip.lib.3.
Aph. 5**

**Romani
catharris
obnoxii.**

**Omnis
animi
aut cor-
poris ac-
tio ca-
tharosis
à cibo in-
utilis.**

omnes ex æquo (ut CELSUS Author est , effusa in caput frigida juvantur , idque nulla alia de caūa , quam quod hanc partem , ut supra comprehensum est) ea roboret , communiatque quo minus excrementi vel in sese gignat , vel aliunde recipiat . Nempe ejus imbecillitas unica omnium horum ansa malorum est . Itaque intus quoque in ore non tantum extrinsecus id tentandum auxilium est , fovendumque multa frigida palatum , ut supra roborationis beneficium astrictis undique meatibus , neque caput ad mittendum excrementum , neque comprehensa loca ad excipiendum prona sint , eritque illud majore cura faciendum , ubi grave cœlum Austri reddiderunt . Tum enim ambientis qualitate caput excrementis maxime conflictatur , juxta illud HIPPOCRATIS : Auster auditum hebetat , caliginem oculis obducit , caput gravat . Quomodo GALENUS quoque Romanos catharris opportunos esse scripsit , propter aëris qui ibidem spirat mistam caloribus humiditatem . Porrò quod omnis meditatio animi & corporis catharosis protinus à cibo adversetur , supra comprehensum est . Jam non hos modo frigida affusa juvat , sed eos etiam quibus dolere vel caput vel arteriæ solent . Siquidem hæc ista mala si adsunt , exasperant , si

conquievere , denuo suscitant emissi in caput vapores : Utique si crassi hi crudique sunt , quales venter , tum ubertim ejaculatur , cum quis ejus concoctionem intempestivo vel animi cogitatu , vel corporis motu interturbat.

Per capitum & arteriae dolores intelligentias oportet , Cephalam & Hemicraniam , qui affectus ægrè admodum solvantur , sæpè assidue cruciant , interdum intermittunt quoque , sed protinus strepitu , vini potu , splendore luminis , motu , odoramentis aliisve rebus caput oppletibus recrudescunt , quæ omnia Cephaleæ , cum promptiora tum graviora sunt. Porro catharros declinandi ratio , ex tertio hujus libri capite discenda est. Nam cum hos calida causa nonnunquam moveat excrementsa capitis solvens , fundensque , nemo dubitet quin caput expediat à Sole , ne accendatur , protegere , cumque eadem mala frigus quoque invehat , humores stringens , ac veluti manibus exprimens , res ipsa vetat , ne corpus post repentinum nubilum frigoribus objectetur. Ubi enim sic tempestates variant , periculum capiti infirmo maximum est , ac proin nec loca quidem aut aquas mutare tutum est , utique si contraria inter se qualitate atque indole dissident. Etenim cavendum , ne aut id quod frigore obstupuit , calore fundatur , aut

Cepha-
læ fri-
gida sub-
venit.

Quæ cau-
ſæ ca-
tharros
moveant,
& quo-
modo hi
arcean.
tur.

Capite
cathar-
roſo ne-
quaquam
aut aquæ
aut loca
mutanda
ſunt.

quod hoc fluxum est, illo exprimatur.
Jam quod nec saturo caput radi, imd
nec seria legere, aut scribere, tutum
sit, supra demonstratum est.

C A P U T V I.

Adsolutam alvum remedia.

Quem verò frequenter ci-
tata alvus exercet, huic
opus est pila, similibusque
superiores partes exercere,
dum jejonus est ambulare,
vitare Solis nimium ardorem,
continua balnea ungi citra su-
dorem, non uti cibis variis,
minimèque jurulentis aut le-
guminibus, oleribusve his quæ
descendunt, omnia denique
fugere quæ tardè conquo-
quuntur: Venatio, durique
pisces, & ex domesticis ani-